



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCCXLVII. ad annum MDXXVII.

Parisiis, 1644

Sessio IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15644

ANNO
CHRISTI
1512.

vel meæ, pro exilitatis humilitate; vel, vt rectius dicam, temporis & hominum peruersitati adscribens, quod cum tamdiu tamque vehementer Concilium inuocarent & cuperent, nunc inceptum, etiam vocati & iussi, postponunt: multorum dierum ac noctium labore, vigiliisque abiectis, valereque ad tempus vel perpetuo iussis, ne loco præmii risum, vt ad tempus minus pertinentes, reportarent; quod ad absentes non parua ex parte pertinebat oratio, mutata sententia, his paucis apud te coram sacro senatu & his patribus agendum putauit, cuius & potestatem supremam, & computati cum aliis, numerum vigesimum & centesimum explere, & auctoritatem & sapientiam in quacumque re maximam noui, & voluntatem ad omnia quæ in Concilio agenda, tractanda complendaque sunt, propensioem esse par est. Quod si id minus ex voto & tua vel aliorum sententia cesserit, & quod initio pollicitus sum, in repetenda primæua figura vel origine Conciliorum & ecclesiæ, & eorum incremento, maiestate potestateque declarandis, vtilitate etiam & commodo, quæ omnibus conferunt, recensendis: denique in reddenda mutatae meæ sententiæ ratione, parum fortasse fecerim satis, in primis a tua beatitudine, & deinde a ceteris omnibus veniam peto. Et vt in eo merito desinam, a quo incepi, tu sancte Spiritus adsis, & ita meis faueto votis ac precibus, vt quæ tibi grata, summo pontifici, vniuersæ ecclesiæ, & cum suis principibus toti generi Christiano, & dignitati Concilii profutura sunt, ipsi pontifici & his patribus decernenda inspices. Qui cum Patre & Filio in vnitæte perfecta viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen. Dixi.

Locus obscurissimus, quales in hac oratione complures.

SESSIO IV.

ANNO a natiuitate Domini millesimo quingentesimo duodecimo, indiçtione decimaquinta, pontificatus sanctissimi domini nostri Iulii diuina prouidentia papæ secundi anno decimo, die vero Veneris decima supradicti mensis Decembris, fuit celebrata quarta sessio in ecclesia Lateranenſi de Vrbe, præſente & præſidente præfato sanctissimo domino nostro Iulio in loco consueto. Et fuit celebrata Missa Spiritus sancti per reuerendiss-

Bb ij

simum in Christo patrem & dominum, dominum Nicolaum tituli sanctæ Priscæ presbyterum cardinalem de Flisco vulgariter nuncupatum. Fuerunt præsentibus infra scripti reuerendissimi domini cardinales, patriarchæ, archiepiscopi & episcopi, ac abbates & magistri ordinum, oratores principum & alii illustrissimi domini, videlicet:

ANNO
CHRISTI
1512.*Episcopi cardinales.*

Reuerendissimus dominus Raphael Ostiensis sanctæ Romanæ ecclesiæ camerarius.

Reuerendissimus dominus Dominicus Portuenfis.

Reuerendissimus dominus Iacobus Albanensis.

Reuerendissimus dominus Franciscus Sabinensis.

Reuerendissimus dominus Marcus Prænestinus.

Presbyteri cardinales.

Reuerendissimus dominus Thomas tituli sancti Martini in montibus, Strigoniensis.

Reuerendissimus dominus Nicolaus tituli sanctæ Priscæ, de Flisco.

Reuerendissimus dominus Robertus tituli sanctæ Anastasiæ, Nannetensis.

Reuerendissimus dominus Leonardus tituli sanctæ Sufannæ, Agenensis.

Reuerendissimus dominus Sixtus sancti Petri ad vincula, sanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancellarius.

Reuerendissimus dominus Christophorus tituli sanctæ Praxedis, Anglicus.

Reuerendissimus dominus Antonius tituli sancti Vitalis, Sipontinus.

Reuerendissimus dominus Petrus tituli sancti Eusebii, Anconitanus.

Reuerendissimus dominus Achilles tituli sancti Sixti, Bononiensis.

Reuerendissimus dominus Bandinellus tituli sanctæ Sabinæ, de Saulis.

Diaconi cardinales.

Reuerendissimus dominus Alexander sancti Eustachii, Farnesius.

Reuerendissimus dominus Ludouicus sanctæ Mariæ in Cosmedin, de Aragonia.

Reuerendissimus dominus Marcus sanctæ Mariæ in Porticu, de Corneliis.

Reuerendissimus dominus Alphonfus sancti Theodori.

Patriarcha & assistentes papa.

Reuerendus pater dominus Cæsar Alexandrinus.

Reuerendus pater dominus Alphonfus Antiochenus.

Reuerendus pater dominus Bernardus Spalatenfis.

ANNO
CHRISTI
1512.

Reuerendus pater dominus Vincentius Neapolitanus.
Reuerendus pater dominus Federicus Salernitanus.
Reuerendus pater dominus Gabriel Dyrrachienfis.
Reuerendus pater dominus Franciscus Iadrenfis.
Reuerendus pater dominus Franciscus Vicentinus.
Reuerendus pater dominus Iulianus Agrigentinus.
Reuerendus pater dominus Franciscus Sueffanus.
Reuerendus pater dominus Ferdinandus Caietanus.
Reuerendus pater dominus Laurentius Montis regalis episcopus, &
gubernator Vrbs.
Reuerendus pater dominus Hercules Augustensis episcopus, & il-
lustrissimi domini ducis Sabaudiaë orator.

Archiepiscopi.

Reuerendus pater dominus Iulius Corinthienfis.
Reuerendus pater dominus Franciscus Confanus.
Reuerendus pater dominus Ioannes Vincentius Senensis.
Reuerendus pater dominus Aldronandinus Nicosienfis.
Reuerendus pater dominus Ieremias Tranensis.
Reuerendus pater dominus Raynaldus Ragusinus.
Reuerendus pater dominus Andreas Noboniafis.
Reuerendus pater dominus Petrus Arborensis.
Reuerendus pater dominus Robertus Reginus.
Reuerendus pater dominus Georgius Nazarenus.
Reuerendus pater dominus Ioannes Maria Sipontinus.

Episcopi.

Reuerendus pater dominus Lucas Fulginatenfis.
Reuerendus pater dominus Ferdinandus Balneoregienfis.
Reuerendus pater dominus Iacobus Potentinus.
Reuerendus pater dominus Hieronymus Buduenfis.
Reuerendus pater dominus Andreas Albenfis.
Reuerendus pater dominus Bernardus Taruisinus.
Reuerendus pater dominus Simon Ariminensis.
Reuerendus pater dominus Iacobus Paphensis.
Reuerendus pater dominus Albertus Valuenfis.
Reuerendus pater dominus Aloysius Parentinus.
Reuerendus pater dominus Ioannes Aquilanus.
Reuerendus pater dominus Iacobus ciuitatis ducalis.
Reuerendus pater dominus Franciscus Ortanus.
Reuerendus pater dominus Octauianus Viterbienfis.
Reuerendus pater dominus Bertrandus Adriensis.
Reuerendus pater dominus Albertinus Pisaurienfis.
Reuerendus pater dominus Paulus Lectorienfis.
Reuerendus pater dominus Marinus Cenetensis.
Reuerendus pater dominus Galafius Bellunenfis.
Reuerendus pater dominus Iacobus Fauentinus.

Reuerendus pater dominus Hieronymus * Insulensis.
 Reuerendus pater dominus Dominicus Lucerinus.
 Reuerendus pater dominus Ioannes Baptista Cauallicensis.
 Reuerendus pater dominus Iulianus Vulterranus.
 Reuerendus pater dominus Ioannes Antonius Anglonensis.
 Reuerendus pater dominus Franciscus Bisignianensis.
 Reuerendus pater dominus Ioannes Baptista Marianensis.
 Reuerendus pater dominus Gifbertus Rapollanus.
 Reuerendus pater dominus Bartholomæus Montis viridis.
 Reuerendus pater dominus Antonius Iacobus Camerinenfis.
 Reuerendus pater dominus Simon Modrufiensis.
 Reuerendus pater dominus Lambertus Venusinus.
 Reuerendus pater dominus Dominicus Imolensis.
 Reuerendus pater dominus Ludouicus Signiensis.
 Reuerendus pater dominus Matthæus Vmbriatinensis.
 Reuerendus pater dominus Antonius Vrbinatenfis.
 Reuerendus pater dominus Ioannes Franciscus Nolanus.
 Reuerendus pater dominus Hieronymus Aretinus.
 Reuerendus pater dominus Bernardus Soranus.
 Reuerendus pater dominus Nicolaus Bergomenfis.
 Reuerendus pater dominus Ioannes Eluenfis.
 Reuerendus pater dominus Alexius Melfitanus.
 Reuerendus pater dominus Andreas Miletensis.
 Reuerendus pater dominus Scaramuza Cumanus.
 Reuerendus pater dominus Alexander Alexandrinus.
 Reuerendus pater dominus Ioannes Dominicus Terdonensis.
 Reuerendus pater dominus Ioannes Tudensis.
 Reuerendus pater dominus Benedictus Chienfis.
 Reuerendus pater dominus Bernardinus Caftrenfis.
 Reuerendus pater dominus Bernardinus Policastrenfis.
 Reuerendus pater dominus Hieronymus Niciensis.
 Reuerendus pater dominus Ioannes Antonius Calenensis.
 Reuerendus pater dominus Vincentius Launensis.
 Reuerendus pater dominus Philippus Adriacensis.
 Reuerendus pater dominus Hugo Regiensis.
 Reuerendus pater dominus Latinus Vestanus.
 Reuerendus pater dominus Augustinus Sagonensis.
 Reuerendus pater dominus Petrus Narnienfis.
 Reuerendus pater dominus Franciscus Spoletanus.
 Reuerendus pater dominus Antonius Auximanus.
 Reuerendus pater dominus Basilius Tudertinus.
 Reuerendus pater dominus Franciscus Milopotamienfis.
 Reuerendus pater dominus Corradus Astunenfis.
 Reuerendus pater dominus Ferdinandus Scalenfis.
 Reuerendus pater dominus Vincentius Bellicensis.
 Reuerendus pater dominus Guillelmus Cortonenfis.
 Reuerendus pater dominus Ludouicus Tricaricensis.

ANNO
 CHRISTI
 1571.
 * at. Ilici-
 nensis.

Reue-

ANNO CHRISTI 1511.
 Reuerendus pater dominus Andreas Ansfarenfis.
 Reuerendus pater dominus Hieronymus Afculanus.
 Reuerendus pater dominus Ioannes Bouinenfis.
 Reuerendus pater dominus Lucas Gaurdiensfis.
 Reuerendus pater dominus Petrus Foroliuicnfis.

Abbates.

Reuerendus pater dominus Antonius abbas fancti Galgani Vulterranenfis diœceffis.
 Reuerendus pater dominus Guillelmus abbas monafterii beatæ Mariæ Britonis.
 Reuerendus pater dominus Floremondus abbas monafterii fancti Gregorii de Vrbe, ordinis fancti Benedicti.
 Reuerendus pater dominus Georgius Gannenfis, Mersburgenfis diœceffis.

Magiftri generales ordinum.

Magifter Thomas generalis ordinis Prædicatorum.
 Magifter Ægidius generalis ordinis eremitarum fancti Auguftini.
 Magifter Bernardinus vicarius Carmelitarum.
 Magifter Angelus beatæ Mariæ Seruorum.

Oratores, & fenator Vrbs.

Illuftris dominus Albertus de Carpi, Maximiliani electi imperatoris orator.
 Magnificus dominus Petrus de Starcelupis Florentinus, fenator Vrbs.
 Magnificus dominus Hieronymus Vich, orator Catholici regis Hifpaniarum.
 Magnificus dominus Iacobus de Saluiatis, & Matthæus de Strozis, domini Florentini oratores.
 Ac etiam fuerunt præfentes tres oratores dominorum Heluetiorū.

Illuftriffimi domini temporales.

Illuftriffimus dominus Fridericus marchio Mantuanus.
 Dominus Nicolaus de Ruere.
 Illuftriffimus dominus Iulius de Vrfinis.
 Dominus Oſtauianus Pallauicinus.
 Illuftris dominus Franciottus de Vrfinis.
 Dominus Christophorus de Pallauicinis.
 Dominus Stephanus de Comitibus.

Fuerunt etiam præfentes quamplures reuerendi domini protonotarii apoftolici, auditores caufarum facri palatii & clerici camerae, ac alii magiftri in theologia, & doctores diuerfarum profelfionum clerici & laici.

Fuit habita oratio per reuerendum patrem dominum

ANNO
CHRISTI
1511.
* a. 1511.
nensis.

Christophorum Marcellum nobilem Venetum, sedis apostolicæ notarium & artium doctorem, cuius tenor in fine præsentis sessionis describitur. Et cantatis orationibus, consuetis litaniis, & benedicta sacra Synodo per pontificem, & aliis solitis Conciliorum ceremoniis, præstitaque ab omnibus prælatis sanctissimo domino nostro consueta obedientia, sanctissimus dominus noster incepit hymnum, Veni sancte Spiritus. Et reuerendissimus in Christo pater dominus Marcus sanctæ Mariæ in Porticu diaconus cardinalis de Corneliis vulgariter nuncupatus, legit euangelium secundum Matthæum, quod incipit:

Math. 13. Exiit qui seminatur, seminare semen suum. Deinde secretarius magnifici domini Francisci Foscaris equitis, oratoris illustrissimi domini Venetorum, dedit quoddam mandatum dicti domini Venetorum, nomine dicti magnifici domini Francisci, in quo idem dominus Franciscus est constitutus procurator ad interessendum sacrosancto Concilio Lateranensi: & idem secretarius excusauit eundem dominum oratorem, quia non interesse poterat sessioni propter corporis alterationem. Consequenter idem sanctissimus dominus noster dedit dictum mandatum reuerendo patri domino Thomæ Phædræ secretario Concilii, mandans eidem, vt illud legeret in ambone. Qui dictus dominus Thomas ascendit ambonem, & legit dictum mandatum tenoris infra scripti alta voce & ab omnibus audienda.

MANDATVM VENETORVM.

Leonardus Lauredanus Dei gratia dux Venetiarum, &c.

Cum sanctissimus & beatissimus in Christo pater & dominus noster, dominus Iulius, digna Dei prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ pontifex maximus, diuino afflatus numine, pro suo pastorali officio, vt verum decet in terris Christi vicarium, & ad extinguendum hæreses, tollendumque pessimum exortum schisma, ac reprimendam eorum temerariam audaciam, qui diabolico spiritu inducti, tunicam inconsutilem Domini nostri Iesu Christi discindere & dilacerare conantur; & denique pro bono pacis omnium Christianorum celebrare decreuerit & iam indixerit generale &

ANNO
CHRISTI
1512.

vniuersale Concilium in Laterano, nosque inter alios Christianos principes & potentatus eiusmodi sancto operi adesse paterna caritate sit hortatus, sedulam adhibuimus operam, ut status nostri viri ecclesiastici & seculares, doctrina, religione & moribus prestantes, qui rei conducere possent, sese Romam conferrent. Et ne vlla in re a summa deuotione, reuerentia, cultu & obseruantia nostra erga sacrosanctam sedem apostolicam & eundem sanctissimum dominum nostrum deesse videamur, cum personaliter interesse nequeamus, vices nostras demandauimus, & tenore presentium omni meliori modo, via, iure & forma, quibus magis, melius & validius de iure vel de facto a nobis fieri potest & debet, demandamus nobili & dilectissimo patricio Veneto Francisco Foscaro equiti, oratori nostro Romae agenti, ut sacrosancto Concilio Lateranensi nostro nomine intersit, assistat, & ea omnia praestet & peragat quae a nobis quoquo modo adhiberi possent, aut incumberent ad honorem, decus, dignitatem, tutelam & conseruationem, amplitudinemque & exaltationem personae eiusdem sanctissimi domini nostri Iulii secundi summi pontificis, nec non sanctae Romanae ecclesiae ac vniuersalis venerandi Lateranensis Concilii antedicti, cum ampla auctoritate, potestate, facultate atque arbitrio, a nobis cum consiliis nostris sibi tributis & impertitis, ad omnia & singula in tam pio, religioso & salutari negotio, qualia & quantumcumque fuerint tractanda, peragenda, promittenda, iureiurando firmanda, praestanda, executioni mandanda & adimplenda, quae nobis Venetoque dominio possent competere vel deberent, tam de iure quam de consuetudine, non secus ac si nos ipsi cum dominio & senatu nostro coram personaliter ageremus, faceremus & adimpleremus, promittentes omnia & singula ab eodem oratore nostro, quo supra nomine, tam verbo quam scripto in praemissis & circa praemissa pertractanda, concludenda & firmanda, approbaturus nos esse, rataque & grata in perpetuum habituros. In quorum fidem & testimonium praesentes literas nostras in hac patenti forma fieri iussimus, & nostri soliti sigilli, quo in similibus utimur, appensione muniri.

Concil. Tom. 34.

C c ij

Datum in nostro ducali palatio die decima Aprilis, in
indictione decimaquinta 1512. ANNO
CHRISTI
1512.

Quo perlecto, idem sanctissimus dominus noster mandauit eidem domino Thomæ secretario, vt legeret quasdam literas claræ memoriæ Ludouici regis Francorum XI. sigillo eiusdem sigillatas, directas felicis recordationis Pio papæ secundo, super reuocatione pragmaticæ sanctionis: qui dominus Phædra in eodem ambone legit dictas literas alta & intelligibili voce, cuius tenor talis est.

LITERÆ LVDOVICI REGIS FRANCIAE
abrogationis pragmaticæ sanctionis.

Ludouicus Dei gratia Francorum rex, tibi sanctissimo ac beatissimo patri nostro Pio papæ secundo, obedientiam filialem, & plenos deuotionis affectus.

Deum solum scientes, cuius prouidentia bene confutitur rebus humanis, meliusque regna & vrbes religione angi atque defendi, quam armis & mœnibus, te vicarium Dei viuentis ea veneratione prosequimur, vt sacra præsertim in ecclesiasticis rebus tua merita, veluti vocem pastoris audire, illisque parere prompta mente velimus. Quapropter, beatissime pater, etsi constitutio quædam in regno nostro, quam pragmaticam vocant, magno prælatorum conuentu, magna temporis deliberatione conclusa fuerit, & iam callum obducens, quietum prope fixerit statum: tu tamen tuis ad nos literis illam a regno nostro auferri, explodi abrogarique flagitas. Nobis quoque dilectus & fidelis consiliarius noster Ioannes episcopus Atrebatensis, quem cum potestate legati de latere ad hoc nostrum regnum misisti, commemorauit ea, ad quæ per ipsum tibi nostro nomine pollicenda, vouenda, expromittenda, nos antequam regnum suscepissemus, religionis in se ritus quidam deduxerat. Nos nostra promissa exequi, accedente moderatrice rerum ecclesiasticarum tua auctoritate, studemus ac volumus, & id quidem tanto volumus animo propensiori, quanto nobis regnum Franciæ florens & bello vacuum tuetur Deus & protegit. Omnibus itaque victimis potiore obedienciam intelligentes, assensum sumus his quæ tuo nomine no-

ANNO
CHRISTI
1512.

bis aperta sunt, ipsam scilicet pragmaticam sanctionem tibi tuæque sedi esse infensam, utpote quæ in seditione & schismatis tempore, atque per seditionem, sectionis a tua sede figuram, nata sit: & quæ, dum tibi, a quo sacræ leges oriuntur & manant, quantamlibet eripit auctoritatem, omne ius & omnem legem dissoluit. Illud enim exoritur, quod idem consiliarius in nomine tuæ sanctitatis adstruxit, ut dum per pragmaticam sanctionem ipsam summa in ecclesia tuæ sanctitatis auctoritas minuitur, dum prælatis in regno nostro quoddam licentiæ templum præstruitur, dum congruens vnitas ad alia regna conformitasque tolli videretur, abroganda sit ipsa pragmatica, tollendaque a regno nostro, quippe quæ aduersus tuam sedem, omnium ecclesiarum * matronam, ab inferioribus prælatis lata sit, tamquam, ut scriptura loquitur, *Quomodo si eleuetur virga contra leuantem se, aut baculus, qui utriusque lignum est.* Quidquid, beatissime pater, licet plerique docti homines confutare niterentur atque diluere, multa que nos dehortarentur abrogare sanctionem ipsam; te tamen principem totius ecclesiæ, antistitem sacrorum, te dominici gregis pastorem profiteamur & scimus, teque iubentem sequimur, tibi & beatissimi Petri cathedræ consentimus & * iniungimur. Itaque sicut mandasti, pragmaticam ipsam a regno nostro, nostroque Viennensi Delphinatu & omni ditione nostra per præsentem pellimus, deiicimus, stirpitusque abrogamus, & quam, qualemve ante pragmaticæ ipsius editionem, circa ecclesiarum, beneficiorum, aliarumque rerum spiritualium dispositionem, censuram, moderationem in regno nostro, omnique ditione nostra, tui prædecessores Martinus quintus & Eugenius quartus Romani pontifices habebant & exercebant, talem eandemque nostro adiutorio beatissimo Petro tibi que ipsius successoribus reddimus, præstamus & restituimus, cum summo imperio, cum iudicio libero, cum potestate non coarctata. Tu enim, cum scias quid auctoritate diuinitus tibi tradita possis, quas pro regni nostri & ecclesiarum in eo tranquillitate postulabimus, non negliges res necessarias, poterisque semper quod opportunum fuerit iudicare. Vtere igitur deinceps in regno nostro potestate tua, ut voles, atque illam exerce. Nam ut hominum mem-

* f. matronam.

Isai. 10.

* iungimur.

branulla contentione, capite vno atque vna mente ducuntur, sic tuis sacris decretis ecclesiæ prælati in regno nostro & Delphinatu consonantiam & obedientiam plenam re- fundent. Quod si forte obnitentur aliqui, aut reclamabunt, nos in verbo regio pollicemur tuæ beatitudini, atque promittimus exequi facere tua mandata, omni appellationis aut oppositionis obstaculo prorsus excluso, eosque qui tibi contumaces fuerint, pro tuo iussu comprimemus & refrenabimus.

Data Turonis sub magno sigillo nostro, die vigesima- septima mensis Nouembris, anno Domini 1461. & regni nostri primo.

Postmodum vero excellens doctor Dominus Melchior de Bardassinis aduocatus Concilii, habuit orationem multum ornatam & luculentam super reprobatione pragmatice sanctionis, petens illam reuocari & annullari, ac de- cerni monitorium contra prælatos, capitula, conuentus, principes Franciæ, præsidentes parlamentorum, & alios, sua communiter vel diuifim interessè putantes, vt comparere deberent ad allegandum, quare dicta pragmatica reuocari non debet. Et illud idem petiit dominus Marianus de Cuccinis procurator fisci, & sacri Concilii procura- tor. Et sanctissimus Dominus noster, hoc sacro appro- bante Concilio, decreuit monitorium & citationem sub termino sexaginta dierum tenoris infra scripti.

MONITORIVM CONTRA PRAGMATICAM
& eius assertores.

*Iulius episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam,
sacro approbante Concilio.*

Licet sacrorum Canonum instituta, sanctorum patrum & Romanorum pontificum prædecessorum nostrorum, & in generalibus legitimis Conciliis pro defensione ecclesiasticæ libertatis, dignitatisque sedis apostolicæ tuitione, con- sultissima deliberatione sancita, inuiolabiliter ab omnibus custodiri oporteat, ipsorumque decreta, veluti diuina in- spiratione edita, immutabilia censeantur; Romanus ta- men pontifex, qui regis æterni, rerumque & iurium om- nium conditoris locum, licet imparibus meritis, tenet in terris, cum huiusmodi decreta saluberrima & honesta,

ANNO
CHRISTI
1512.

hominum calliditate & ambitione vergi conspiciat in abusum, & humanas traditiones Christi legibus anteferri, vt ecclesiæ indemnitati & libertati opportune subueniat, & præsumptam curet deponere malitiam peruersorum, eorumque conatibus occurrat: interdum cogitur abusiones & humanas traditiones huiusmodi nullas & inualidas declarare & abrogare, prout temporum & locorum qualitate pensata, id conspicit in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem displicenter per nos pluries accepto, per multa temporum spatia, per nonnullos prælatos Gallicæ nationis, & nobiles laicos, ac alios illis fauentes, præsertim cuiusdam sanctionis prætextu, quam ipsi pragmaticam vocant, apostolicæ sedi, sanctæque Romanæ vniuersalis ecclesiæ capiti, libertati & auctoritati enormiter detractum, Canonibusque præfatis derogatum fuisse, rem adeo perniciosam in Dei offensam, & ecclesiæ præfata vilipendium & euidentis detrimentum, amplius ferre nequeunt, cum sanctio ipsa ab omni ad id potestate carentibus, nullorumque Romanorum pontificum aut generalium legitimorum Conciliorum auctoritate facta, sed quodam abusu tantum in illis partibus introducta & obseruata fuerit, illaque cum in ea contentis nulla & inualida merito declarari & abrogari debeat, quam etiam claræ memoriæ Ludouicus XI. Francorum rex abrogauit, vt in eius patentibus literis desuper confectis plenius continetur, sacro Lateranensi Concilio approbante, in quarta sessione, declarationis & abrogationis per nos faciendarum, huiusmodi negotium & discussionem venerabilium fratrum nostrorum Romanæ ecclesiæ præfata cardinalium, & aliorum prælatorum congregationibus in Lateranensi sala superiori, quatenus opus foret, faciendis, relationemque discussionis nobis & Lateranensi Concilio præfato faciendam commisimus, Gallicosque prælatos, capitula ecclesiarum & monasteriorum, parlamenta & laicos illis fauentes, cuiuscumque dignitatis, etiam si regalis existerent, sanctione præfata abutentes, seu illam approbantes, omnesque & singulos alios, sua communiter vel diuisim interesse putantes, per edictum publicum, cum ad partes illas tutus non pateret accessus, in Mediolanensis, Astensis & Papiensis ecclesia-

rum valuis affigendum, moneri & citari infra certum competentem terminum præfigendum, ad comparandum coram nobis & Concilio præfato, causasque dicendas, quare sanctio præfata, illiusque corruptela & abusus in concernentibus auctoritatem, dignitatem & unitatem ecclesiæ Romanæ præfata & apostolicæ sedis, Canonumque prædictorum & ecclesiasticæ libertatis violationem, nulla & inualida declarari, decerni & abrogari non deberet. Illosque sic monitos & citatos arctari & teneri, ac si personaliter moniti & citati fuissent, statuimus & ordinamus, ac quintam sessionem decimaquarta Kalendas Martii, quæ erit quarta feria post primam Dominicam quadragesimæ proxime futuræ, faciendam, eodem sacro Lateranensi Concilio approbante, indiximus. Nos igitur, quorum interest, ne indefensæ libertatis ecclesiasticæ ratio in extremo iudicio a nobis requiri possit, & peruerforum & ambitiosorum proteruia diutius conualescat, declarationis, abrogationis & discussionis negotium, monitionis & citationis statutum & decretum huiusmodi debitæ executioni demandare, omnes & singulos Gallicos prælatos, capitula, seu conventus, parlamenta & laicos illis fauentes, cuiuscumque dignitatis, etiam si regalis extiterint, sanctione præfata abutentes, seu illam approbantes, omnesque alios & singulos, sua communiter vel diuisim interesse putantes, vt præfertur, ex certa nostra scientia, auctoritate apostolica, tenore præsentium, primo, secundo, tertio & peremptorie citamus, monemus & requirimus, quatenus infra sexaginta dierum spatium, a die præsentium in locis supra dictis affixionis numerandum, quorum viginti pro primo, alios viginti pro secundo, & reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino monitione canonica assignamus, ad comparandum coram nobis & Concilio Lateranensi præfato, causasque dicendas, quare sanctio præfata, illiusque corruptela & abusus in concernentibus auctoritatem, dignitatem ac unitatem ecclesiæ Romanæ & sedis, Canonumque & ecclesiasticæ libertatis prædictorum violationem, nulla & inualida declarari, decerni & abrogari non debeat. Quo termino assignato, siue comparere sic moniti & citati curauerint, siue non, ad executionem
negotii,

ANNO
CHRISTI
1512.

ANNO
CHRISTI
1512.

negotii, decreti, abrogationis & statuti prædictorum, illorumque & aliorum in præmissis necessariorum, prout iustum fuerit, eodem sacro Lateranensi Concilio approbante, procedemus. Et cum pro citationibus & monitionibus huiusmodi ad partes illas tutus non pateat accessus, ne præfati sic moniti & citati, aliique quos præsentem literæ contingunt, valeant de præmissis ignorantiam allegare, & prætextu ignorantie huiusmodi aliquod velamen excusationis assumant, volumus literas ipsas in valuis prædictis iuxta decretum & statutum huiusmodi affigi, & ipsam affixionem publicari. Decernentes etiam, quod earumdem literarum publicatio sic facta perinde eosdem sic monitos & citatos ardeat, ac si literæ ipsæ die affixionis & publicationis huiusmodi eis personaliter lectæ & insinuatæ forent, cum non sit verisimilis coniectura, quod ea quæ tam patenter fiunt, debeant apud eos incognita remanere: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque, seu si monitis & citatis prædictis, vel quibusvis aliis communiter vel diuisim dicta sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ citationis, monitionis, requisitionis, assignationis, voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romæ in publica sessione, in Lateranensi sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno incarnationis dominicæ 1512.

Deinde exclusis a loco Concilii omnibus aliis non habentibus voces definitivas, exceptis oratoribus principum & baronibus & pluribus principalibus ordinum, & porta Concilii clausa, sanctissimo domino nostro cum cardinalibus & aliis prælatis in pluuiialibus & casulis & dalmaticis mitratis existentibus, prout est consuetum, reuerendus pater dominus Alexander episcopus Alexandri-

nus de mandato suæ sanctitatis ascendit ambonem, & legit schedulam seu bullam tenoris infra scripti.

ANNO
CHRISTI
1512.

BVLLA SECVNDÆ SESSIONIS QVARTÆ
sacri generalis Concilii Lateranensis.

*Iulius episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei
memoriam, sacro approbante Concilio.*

Saluti gregis nobis desuper commissi, morum reformationi defensionique ecclesiasticæ libertatis, ac fidei catholicæ tranquillitati & augmento, paternis & sollicitis studiis intendentes, ad omnipotentis Dei & indiuiduæ Trinitatis laudem & gloriam, sacro hoc approbante Concilio, literas nostras a nobis dudum emanatas, eidem Concilio notas, per quas Romanæ curiæ officiales & illorum exactio- nes generaliter reformauimus, approbamus & innouamus, illasque, quas per nonnullos postea tunc expressos ad fidelium vtilitatem iuxta intentionem nostram declarari mandauimus, per præfatos expressos, & cum illis alios diuersarum nationum prælatos, nunc in præfato Concilio præfentes deputandos, omnibus quæ iudicium humanum peruertere possent, cessantibus, vt iustum & æquum fuerit, particulariter declarari, & declarationes ipsas, in aliis sessionibus nobis in hoc sacro Concilio referendas, & ab eodem Concilio approbandas, vt debite exequantur, præcipimus & mandamus. Insuper cum iam per multa temporum spatia per nonnullos prælatos Gallicæ nationis, & nobiles laicos, ac alios illis fauentes, præsertim cuiusdam sanctionis prætextu, quam ipsi pragmaticam vocant, apostolicæ sedi, sanctæque Romanæ vniuersalis ecclesiæ capiti, libertati & auctoritati enormiter detractum, sacrisque Canonibus derogatum fuerit: nos rem adeo perniciosam in Dei offensam, & ecclesiæ præfate vilipendium & euidentis detrimentum, amplius ferre nequeunt, cum sanctio ipsa ab omni ad id legitima potestate carentibus, nullorumque summorum pontificum, aut generalium legitimorum Conciliorum auctoritate facta, sed quodam abusu tantum in illis partibus introducta & obseruata fuerit, illaque cum in ea contentis nulla & inualida merito declarari & abrogari debeat; quam

ANNO
CHRISTI
1512.

etiam claræ memoriæ Ludouicus vndecimus Francorum rex abrogauit, vt in eius patentibus literis defuper confectis plenius continetur. Declarationis igitur & abrogationis per nos faciendarum huiusmodi negotium & diffuffionem venerabilium fratrum noſtrorum eccleſiæ præfate cardinalium & aliorum prælatorum congregationibus, quas in Lateranenſi ſala ſuperiori, quatenus opus fuerit, facient, relationemque diſcuſſorum in prima, aut aliis ſeſſionibus, prout commode fieri poterit, nobis & ſacro Concilio faciendam, eodem ſacro Concilio approbante, committimus, Gallicosque prælatos, capitula eccleſiarum & monaſteriorum, parlamenta, & laicos illis fauentes, cuiuſcumque dignitatis, etiam ſi regalis exiſterent, ſanctiõne præfata abutentes, ſeu illam approbantes, omneſque & ſingulos alios ſua communiter vel diuiſim intereſſe putantes, per edictum publicum, cum ad partes illas tutus non pateat accessus, in Mediolanenſis, Aſtenſis & Papienſis eccleſiarum valuis affigendum, moneri & citari infra certum competentem terminum præfigendum, ad comparandum coram nobis & Concilio præfato, cauſasque dicendum, quare ſanctio præfata, illiuſque corruptela & abuſio in concernentibus auctoritatem, dignitatem & vnitatem eccleſiæ Romanæ & apoſtolice ſedis, ſacrorumque Canonum & eccleſiaſtica libertatis violationem, nulla & inualida declarari, decerni, & abrogari non debeat, illoſque ſic monitos & citatos arctari & teneri, ac ſi perſonaliter moniti & citati fuiſſent, ſtatuiſmus & decernimus. Vteterius omnes & ſingulas prouiſiones, collationes beneficiorum eccleſiaſticorum, confirmationes electionum & poſtulationum, conceſſionum gratias, mandata & indulta quæcumque, tam gratiam, quam iuſtitiam, ſeu mixtim concernentia, cuiuſcumque tenoris exiſtant, quæ præſentibus pro expreſſis haberi volumus, per ſynagogam vel Conciliabulum Piſanum, illiuſque ſchiſmaticos adhærentes, auctoritate & dignitatibus omnibus carentes, facta & conceſſa, quamuis ſint nulla & inualida, pro potiori tamen cautela, nulla & irrita, nulliuſque roboris vel momenti eſſe, omneſque & ſingulos cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, nobilitatis, ordinis & conditionis exiſtentes, quibus conceſſa fuerunt, aut quorum

Concil. Tom. 34.

D d ij

commodum, vtilitatem seu honorem quomodolibet respiciunt, nullos eorum fructus, redditus & prouentus suos facere, vel hactenus fecisse, sed ad illorum restitutionem, & ipsorum beneficiorum, & aliorum præmissorum concessorum dimissionem teneri, & nisi beneficia ipsa & alia eis concessa infra duos menses a data præsentium computandos realiter & omnino dimiserint, etiam aliis beneficiis ecclesiasticis, quæ iusto titulo possident, eo ipso priuatos existere, dicto sacro approbante Concilio, decernimus. Fructus quoque, redditus & prouentus huiusmodi, ac quasuis pecunias decimarum per dictum Concilium impositarum, exactos & exigendos, expeditioni contra infideles faciendæ applicamus. Vt autem declaratio reformationis & nullitatis sanctionis prædictæ, aliaque gerenda mature exequi, & prælati ad sacrum Concilium huiusmodi venturi, quorum aliquos iam iter ad veniendum arripuisse accepimus, commode venire possint, quintam sessionem decimoquarto Kalendas Martii, quæ erit quarta feria post primam Dominicam quadragesimæ proxime futuræ, faciendam, præfato sacro Concilio approbante, indicimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, præcepti, mandati, commissionis, monitionis, citationis, ordinationis, decreti, applicationis & indictionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romæ in publica sessione in Lateranensi sacrosancta basilica solenniter celebrata, anno incarnationis dominicæ 1512. quarto Idus Decembris, pontificatus nostri anno decimo.

Ia. Questenberg.

Qua perlecta, idem reuerendus pater dominus Alexander episcopus petiit a patribus existentibus in Concilio, an placerent reuerendis paternitatibus suis contenta in schedula seu bulla. Et immediate scrutatores votorum vna cum protonotariis & notariis iuerunt ad recipiendum vota patrum. Et omnes, post sanctissimum dominum

ANNO CHRISTI 1512. nostrum, qui respondit per verbum, Placet, responderunt, placere eis contenta in schedula.

Postmodum vero de mandato præfati sanctissimi domini nostri, ad instantiam domini Mariani de Cuccinis procuratoris, discreti viri domini Petrus Mengiuar & Ioannes Bernardi, præfati domini nostri cursores, ad portas Concilii alta & intelligibili voce citarunt omnes interesse debentes, tam de iure, quam de consuetudine, Concilio; & vocauerunt eos, vt accederent ad interessendum Concilio, ad euitandum pœnas contentas in iure & bullis indictionis contra non venientes ad Concilium. Relatione facta, idem dominus Marianus accusauit contumaciam absentium, & petiit decerni citationem contra eos, ad videndum se declarari in proxima sessione: & sanctissimus dominus nihil respondit.

Deinde reuerendus pater dominus Alexius episcopus Melfitanus, procurator reuerendi patris domini Raphaelis episcopi Malfiensis, ad interessendum Concilio, & eum excusandum, dedit quoddam mandatum subscriptum per discretum virum Guillelmum de Voys clericum Cenomanensem, apostolica auctoritate notarium. Et reuerendus dominus Rodericus Ioannis, abbas beatæ Mariæ de Tauoica Tudenensis diœcesis, procurator reuerendi patris domini Henrici episcopi Septensis * primus * Africanus, dedit mandatum dicti episcopi subscriptum propria manu, & eius proprio sigillo sigillatum. Postmodum vero venerabilis vir dominus Ioannes Roderici de Tapia, portionarius ecclesiæ Cordubensis, procurator reuerendi patris domini Gometii de Toletto episcopi Placentinensis, dedit quoddam mandatum dicti episcopi, subscriptum per discretum virum dominum Ferdinandum de Toro clericum Placentinæ diœcesis, publicum apostolica auctoritate notarium, ad interessendum Concilio, & eundem dominum episcopum excusandum. Deinde supradictus dominus Marianus procurator Concilii, petiit de omnibus & singulis actis & gestis in supradicta sessione instrumentum & instrumenta. Et fuit indicta quinta sessio decimoquarto Kalendas Martii proxime futuri. Et hæc fuerunt pro quarta sessione. Qua absoluta, sanctissimus dominus noster volens Deo gratias de gestis reddere, incepit canta-

re hymnum exultationis, Te Deum laudamus, capella pro-
frequente vsque ad finem. Quo finito, sua sanctitas, cum
cardinalibus & praelatis exeuntibus de loco Concilii, e-
quitauit ad palatium sancti Petri in Vaticano.

Hæc fuit vltima sessio, in qua interuenit personaliter
sanctissimus dominus noster Iulius secundus, qui etiam
tunc infirmabatur aliquantulum, adeo quod causante gra-
ui ægitudine & crescente, in quinta sessione tenta tem-
pore suo non potuerit personaliter interesse.

*Christophori Marcelli in quarta Lateranensis Concilii
sessione habita oratio.*

Si quis ante miratus sit, beatissime pater, quod ad lau-
datissimum hoc dicendi munus admissus quispiam non
fatis dignus apparuit, hoc tempore mirandum potius ef-
fe videtur, cum me, neque alias hoc genere laudis fun-
ctum, neque, de more, candidatum, videat hunc ascen-
disse locum, hanc prouinciam tanto cum animo suscepisse.
Sed profecto non est cur mirari debeat, si tuam in-
spiciat pietatem, si meam in te obseruantiam, tuæque in
me gratiæ conquirendæ seruandæque studium recognoscat.
Iussisti tu, pater sancte, & parui: hoc munere me di-
gnum efficere voluisti, & contemnere nolui, sed animo
libenti suscepi: ad quod alioquin me nulla causa, nullum
iudicium, nulla sententia compellere potuisset. Idque v-
num me magis inter alia recreat, quod ea de re dicturus
sum, sola cuius amplitudine quæuis facile splendere po-
test oratio. Dicendum est enim de officio principis, quo
suam recte ciuitatem componat, regat, instituat. Dicen-
dum, inquam, his temporibus, quibus sanctissima Chri-
stiana respublica varia ciuium confusione visa est maxime
perturbari. Neque ita mihi dicendum, pater sancte, vt te
moneam quidquam aut doceam, quod vsque modo non
egeris: sed ex his quæ dixero, quisque probitatem tuam,
vires, ingenium, optimeque administratum imperium
magis ac magis intelligat, ad bene beateque viuendum
animetur, deformitatem abiiciat, consuetudinem mu-
tet, tibi optimo maximoque principi lato inferuiat ani-
mo. Quod vtinam, te duce, assequi valeamus, vt maio-
res laudes, quam vel quisque meruerit ante, vel mente

ANNO
CHRISTI
1512.

concupere possumus, sub tuo tibi cumulatissime contingant imperio. Dicam igitur tuis fretus auspiciis, sacratissime pontifex. Si qua vlla in re (quod non ambigo) sed in multis defecero, sic veniam dabis, vt omnes fat esse sciant, me tua in primis auctoritate suffultum, in re magna dixisse quidquam, sed longe melius voluisse. Cum rerumpublicarum ea præstantissima sit (vt philosophi attestantur omnes) quæ ab vno tantum principe & ciuili peritia prædito & bonis moribus instituto regitur, duas præcipuas eius partes inuenio: quarum altera ad virtutes & iudicium pertinet, altera ad rerum agendarum necessitatem, quam imperatoriam vocant. Si enim princeps ciuitatem suam bene institutam, ciuesque in ea ad bene agendum promptos esse voluerit, ipse prius, tamquam speculum in quo bonarum actionum imagines splendeant, virtutes sequatur, amplectatur & præferat, operæprecium est. Namque semper ad principum mores omnis ciuitas omnisque respublica componi solet, in quos omnium vertuntur oculi, alliciuntur animi, suoque non amplius, sed eorum arbitrio & consuetudine viuunt. Ita enim cum principi tamquam præstantissimo cariores fieri, inuicemque præstare, natiuo quodam instinctu percipiant, illum pro viribus imitari student, eius vestigia sequi, atque ita mores imbibere, vt nihil aliud agere, nihil excogitare penitus videantur. Inde visi sunt ciues pro duce forti fortes maxima subire pericula, mortemque ipsam oppetere: inde abstinentes fieri, iusti, modesti, cauti, liberales, magnanimi, ceterisque virtutibus præditi, & tamquam ab vnico eorum sole suum quisque splendorem accipere. Quid de vitiis dicam? Cum natura semper ad malum prona pro sensuum voluptatibus, quibus negotium commune habemus cum feris, si male agendi ciues in principe amplum & manifestum habent exemplum, citius ad eius imitationem accedunt, currunt, aduolant, imo ipsum facile exuperant. Hinc apertæ tyrannides, inhonesta lucra, corruptiones, rapinæ, ambitiones, Dei contemptus, ciuitatum mutationes, rerumpublicarum iacturæ: hinc scuitiæ, variaque tormentorum genera, stupra, incestus, sacrilegia & mille mortes quotidie inspicuntur. Virtutis autem imitatio, etsi difficilior aliis videa-

tur, cum tamen ad rationis stimulos & ignes aduertimus, nulla est magis delectabilis, nulla dulcior, nulla suauior: qua non tantum opus, vt in plerisque aliis, sed etiam eius auctorem suspicimus & laudamus. Ex quo sapiens illud Antisthenis, Ismeniam optimum fuisse tibicinem, sed nequam hominem, asserentis. Nam si probus foret, non esset utique tibicen. Neque vllus vnquam ingenuus vehementer etiam admiratus Iouem, aut Iunonem inspiciens, Phidias aut Polycletus fieri concupiuit. Atque ideo virtus in cunctis per se amabilis & honorabilis, sed in principe, velut in maxime ingenuo, præcipue commendatur: sine qua nihil probum, nihil sanctum, nihil egregium fieri excogitariue potest. Sed quoniam virtutum omnium fons & origo est amandi virtus, qua Deum optimum maximum noscimus, colimus & veneramur, qua bonitatem eius, pulcritudinem, potentiam, maiestatem, rerumque omnium ab eo exitum gradatim, nosquemetipsos aduertimus, conspiciamus & amamus, præ ceteris est in principe collocanda. Hac enim religiosus fiet & optimus, hac optime suam ciuitatem custodiet, Deo & hominibus gratus. Longe namque melius amore quam metu ciuitatis imperium continetur. Metus plerumque odium affert. Id autem publici boni despectum, & priuati studium parit: ex quo seditiones, rixæ, discordiæ, & rerum publicarum euersiones denique exoriuntur. At cum ciues a principe se amari perspexerint, in sententiam vnã coibunt omnes, rem illi gratam facere, inferuire, muneraque sibi imposita exequi ardentissime procurabunt, & veluti facibus quibusdam accensi, nihil erit tam arduum, tam noxium atque difficile, quod libenti non expediant animo, quantumuis terribilis præ oculis eorum adstaret interitus. Tot sunt hac in re maiorum nostrorum exempla, qui pro patria, pro virtute, pro gloria, nisi diuino quodam ardore correpti, nunquam occubuissent. Tot in sanctissima Christi familia martyrum testimonia, qui acerrimos cruciatus, extremaque vitæ supplicia hac amandi virtute, tamquam aliarum omnium radice, perpessi sunt, quod enumerare non possumus. Hæc est illa virtus, quæ infima supremis coniungit, quæ diuina omnia & humana complectitur, omnia perficit, omnia firmat, omnia

ANNO
CHRISTI
1512.

ANNO
CHRISTI
1512.

nia subsistere facit. Hac mundus ipse productus, supernæ creatæ mentes. Hac totius vniuersi quam admirabilis ordo concluditur? Quæ naturæ sunt, omnia ex immensa illa obscuritate & confusione in lucem ordinemque redacta, imo & lux ipsa, quam inquirunt e cælo in terram Prometheum detulisse, omnisque & vitæ & sapientiæ splendor inde processit. Hæc denique virtus, imo virtutum omnium parens, eo magis est terreno principe digna, quo Deus ipse mundum suo iure gubernat. Hanc si perfecte calluerit princeps, tenore vno, velut ab Herculeo lapide pendentibus virtutes alias assequetur, ictibus fortunæ resistet, cum ea certabit & vincet: nihil nimio amore vel odio, nimia latitia vel dolore, spe vel desiderio prosequetur: sed optime ex utroque contrario compositam, & ad medium redactam, in seipso pariet harmoniam, quam mox in ciuitate diffundet, voluptates abiiciet, aspernabitur opes, omnem ambitum ac inanem gloriam propulſabit: omnia illi ad vota succedent, optime imperabit, suumque felix augebit, auctumque perpetuo conseruabit imperium. Sed ad imperatoriam artem, quæ principi magis est propria, iam conuenit vt accedamus. Imperatoriam artem veluti principi summe necessariam, ita aliarum omnium præstantissimam credimus. Si enim in hoc distat princeps a ciue, quod regit & imperat, hic vero regitur & gubernatur; vtrisque eadem aut dignitate pares artes esse non possunt. Quæ principis ergo præstantior, cum tam varia tamque multiplicia in ciuitate spectet officia, tot artes, quas liberales & mechanicas vocant, tot magistratus, ceremonias, ritus ac humanæ vitæ consuetudines, quæ a principis regimine pendent, est vtique difficilis cognitu, sed difficilior comparatu, ideoque in paucissimis semper inuenta. Neque ex omnibus artibus quamdam vnã conſari posse censendum, quæ conueniat principi, sed eam esse, qua vir bonus & sapiens cum ratione rempublicam administrat ad subditorum salutem. Quæ vero pro varia temporum expectatione in republica debeat agere princeps (vt paulo altius repetamus) sunt de ferendis legibus, de opibus, de bello & pace, de locorum & regionum custodia, & de his quæ ad communem populi conuentum faciunt, pertractare, con-

fulere, deliberare. At quoniam quandoque non est ea regis prudentia, quæ vniuersos valeat supplere defectus; neque talis rex ipse in ciuitatibus nascitur, auctore Platone, qualis inter apum examina statim a principio ceteras antecellens exoritur: plurium consilio in statuendis legibus, aliisque rebus agendis, vtatur necesse est. Ita namque multorum sententia confirmata magis, & laudabilior & gratior & acceptior cunctis efficitur. Neque inde principi auctoritatis quidquam adimitur, sed eius virtus, probitas, sanctitas amplius elucescit. Ad ferendas autem leges, non ex suo tantum capite, sed etiam a maioribus traditas, conuenit vt princeps accipiat, vtiles admittat, superfluas deleat, superstitiosas abiiciat; quæ rectæ rationi consonant, obseruandas instituat. Diuina profecto hæc est legum peritia, & adeo mortalibus necessaria, vt sine ipsa in cœtu viuere, quidve ad publicum vitæ bonum conferat, agnoscere nequeant: vel si noscant, id semper nequaquam velint aut possint, eo quod ad priuatam commoditatem natura eos mortalis semper impellit. Atque ideo ars omnis, omnis multitudo, omne officium, magistratus omnis, priuatumque omne & publicum regimen legibus indiget, & domus, & ciuitas, & respublica, & præfecturæ, & exercitus, & cuiusque denique sigillatim hominis vita. Sine legibus fluctuant omnia, omnia titubant & in perturbatione sunt posita. His sublatis, æquitas aufertur, iustitia perit, religio tollitur, negligitur ratio, mens offuscatur, vilescit animus, amicitia corrumpunt, odia insurgunt, omnis recte viuendi modus, omne denique bonum amittitur & ruit in præceps. Diuina siquidem & humana, cælestia & terrena, animantia & vitæ carentia, & quæcumque in vniuerso consistunt, legibus indigent, legibus disponuntur: legibus affectiones, vires, habitus, actiones, officia numerantur.

Neque traditas tantum leges princeps debet accipere, sed pro temporis mutatione alias condere. Et in primis, quæ ad animum pertinent, ad religionem, ad mores, ad vitæ consuetudinem, ad concordiam, ad animi tranquillitatem, ad bene beateque viuendi rationem inspicere. Hinc bene merentibus præmia, fauores, largitiones, beneficia, magistratus: demerentibus multas, castigationes,

ANNO
CHRISTI
1512.

correctiones, exilia, depressiones impendere, eosque tamquam putrida reipublicæ membra adurere, abscindere, amputare, ne totum corpus inficiant. Quocirca toties frequentissimæ Synodi & œcumenica, ex toto fere terrarum orbe conuocatis patribus, sunt hinc inde celebrata Concilia, sanctissimæ confirmatæ leges, institutiones mutatæ, hæreses abiectæ, castigati errores, difficultates solutæ, veritas probata, seditiones extinctæ, concordia restituta, vna monstrata fides, vna religio, vnus princeps, qui summam in terris habeat potestatem. Taceo quæ tamquam euangelia quatuor venerari debemus. Taceo a Victore pontifice Alexandrinum conuocatum Concilium, a Dionysio Antiochenum, ab Innocentio Lugdunensē prius, & recentius a Gregorio quingentorum patrum numero celebratum, vbi Constantinopolitani patriarchæ & Palæologi imperatoris præsentia, post tertiumdecimum orientalis ecclesiæ ab occidentali recessum, vnio restituta fuit, sponteque sua nonnulli ex ferocissimis Scytharum gentibus sacri lauacri felicia insignia suscipere. Sileo, quibus alia Græcorum & aliorum perniciosissima extincta sunt schismata. Prætereo, quæ regibus & principibus silentium, legesque imposuerunt & frena. Ea denique in vniuersum omitto, quibus pro reformanda ecclesia, pro negligendis deliciis, abiicienda pompa, fastu, luxu, molliæ, omnique extinguenda libidine, sanctissima instituta sunt edita. Quæ si recensere proponerem animo, nedum vobis in dicendo, patres, sed mihi ipsi in connumerando deficerem. Id vnum præterire non possum, quod vbi sanctissimum hoc pro nouandis legibus, ac sedanda seditione, a te nostro omnium patre Iulio secundo pontifice maximo, apud Lateranum fuit conuocatum Concilium, hisque diebus, quibus haberi debebat, de totius ecclesiæ summa actum esse videbatur, quando audita est cruentissima illa & nunquam satis deplorata Rauennæ clades, quando nudatis ensibus hostes cuiusque iugulo imminere acerrimi videbantur, quando præsidium omne, omnis spes subsidii sublata erat: illismet, inquam, diebus visi sunt hostes effugere, fusi, fugatique, nullum habere, qui eos caperet, Italiæ locum; omnes animi vires & imperium statim restitui. Credo equidem, pater sancte, quod Deus

Concil. Tom. 34.

Ec ij

optimus maximus per te pacificam ecclesie restitutionem, ac fauissimi schismatis extinctionem excupiens, tantum a nobis auertere decreuit incendium. O felix Lateranense Concilium, o sanctissima concio, cui diuinus coetus & multitudo respondet in caelis, vbi vna pietas viget, vnus amor, vna felicitas. Sed longe quidem felicius atque beatius, si quando, te duce, dabitur, vt restituta quiete, restitutis moribus, restituta ecclesia, in summa animi tranquillitate viuamus. De opibus praeterea, de bello & pace debet agere princeps, eo quod si nullae sint opes, ciuitatem tutari non potest, neque bellum indicere, neque pacem seruare, neque seipsum intra moenia custodire. Illae namque sunt opes, sine quibus neque publica, neque priuata agitur vita. Cum enim communia nusquam sint omnia, sed quisque arte sua & ingenio viuat, cum domus, familia, agri, praedia, vrbes, opida, arces, respublicae, imperia, totusque terrarum orbis sit in partes diuisus, & commutatio necessaria, & cunctis habendi & dominandi sit innata libido; opes habeamus oportet, vt hinc bellum, inde pacem, hinc victus, annonam, commeatus, inde munitiones, arma, viros, equos, moenia, propugnacula, muros, aggeres, valla, tormenta aliaque instrumenta bellica comparare, erigere, seruare & custodire possimus. Inde vectigalia, fisci, araria, solutiones, census, pensiones, tributa sunt, vt decet, a principe instituenda. Bellum vero sic semper agendum, vt nunquam nisi iustum suscipiatur, illiusque tantum causa, vt scilicet in pace viuamus. Pax enim est animi quies, pax vita, pax humana felicitas. A pace amicitiae, societates, foedera, affinitates, cognationes, coniugia, procreationes, liberi, virtus, religio & rerum publicarum incrementa procedunt. Iustum autem id bellum appellandum existimo, ad quod vel inuiti, vt nos ipsos nostrumque defendamus imperium, trahimur: vel sponte, vt quae quandoque nostra fuerint, capiamus, aggrediamur. Publicas enim iniurias, publica detrimenta, vsurpationes iniustas, violenta dominia princeps aequo animo ferre non debet, sed totis viribus quae sua sunt seruare, arrepta armis recipere, potiusque velle mori, quam turpiter & cum ignominia viuere. Quid enim deterius viro priuato, nedum principi, quam ignauia vel

ANNO
CHRISTI
1512.

metu torpere, succumbere, & seipsum despicerem? Quid pulcrius, quid gloriosius atque præstantius, quam pro patria, pro iustitia, pro libertate certare, mortemque ipsam, si oporteret, oppetere? Quemadmodum tu, pater sancte, in tam iustissimo aduersus potentissimos hostes suscepto bello ita gessisti, ut ardentissimos æstus, acerbissima frigora, noctes insomnes, aduersas valetudines, omnia vitæ incommoda, & fere mortem ipsam non tantum intrepide tuleris, sed quasi sponte tua obieris. Vnde prius largissima opum effusione ingenti comparato exercitu, & Bononiæ salus apparuit, & pulsus nouissime ab Italiæ finibus hostibus, omnem gloriam, omnem immortalitatem, quam nullus vnquam pontifex assequi potuit, tibi merito vendicasti, Regiumque, Parmam, Placentiam tuo sacratissimo imperio subdidisti. Ex quo omnis Italiæ locus, omnis populus, omnis ciuitas, omnis respublica, omnes denique priuatim & publice gaudent, iubilant, exultant, teque omnis æui, omnium sæculorum, omnium gentium principem & caput appellant. Sed longe melius in posterum appellabunt habebuntque, si hac tua felicitate, sine tandem armis imposito, in pace sint omnia constituta. Quæ vero ad regionum custodiam & communem populi conuentum faciunt, iam temporis angustia præterimus. Cum igitur tantæ reipublicæ vnicus atque supremus princeps fueris institutus, beatissime pontifex, cui summa data potestas, ac diuinum iniunctum imperium, tuum est, quemadmodum oppressam armis erexisti, amplificasti, ita moribus deprauatam ecclesiam reformare, corrigere, illustrare. In tanta namque peccandi licentia constituti sumus, ut, paucis quibusdam exceptis, nullus sit, qui virtutibus non officiat omnibus, qui leges neque minimas quidem obseruet. Omnia improbitas & intemperantia complet & occupat, omnia a recto æquitatis & iustitiæ tramite deuiant, in obliquum tendunt; neque vllus est, qui ad seipsum, ad cor suum mentemque respiciat. Quisque commoditatem suam priuatamque vtilitatem præterdit. Ipsa vero respublica, ipsa ecclesia derelinquitur, & derelicta conqueritur, & languet, & plorat. Eam namque a nonnullis integritatem eius lacerare volentibus angere videmus, & mirum in modum cruciari. Quam

etiam penitus lacerassent, nisi tuis viribus obstitisses, inuictissime pontifex. Videmus multiformem centaurorum satyrorumque choream, qui reipublicæ huius formam quotidie immutant, alterant atque perturbant, qui seditiones parant, fouent, enutriunt. Videmus simulatores vndique, sophistarumque sophistas, quos Dominus in euangelio rapaces lupos appellat, qui ouium vestimentis induti, quibusdam pietatis & religionis præstigiis mortales cunctos illudunt; in quibus omnis impietas & libido viget, ambitio, liuor, rapacitas, tumor, sæuitia dominatur. Videmus altera ex parte rabidissimos leones, & Christiani nominis hostes, qui quotidie Christianas vires imminuunt, qui terra marique latissimum iactant imperium. Quos nisi diuino & præpotenti quodam numine adiuti, vt tu quoque inhias magnanime pontifex, quandoque oppressuri essemus, die vna profecto videremus passim per campos Italiæ spatari, ignique omnia ac ferro vastari. Hinc merito conqueri potest ecclesia, & tamquam omnium mater, obortis lacrymis exclamare: *Filios enutriui, ipsi autem spreuerunt me. Væ mihi miseræ & infelici, ex quo dignitatis culmine iniquorum manibus detracta sum? quo pacto meus mutatus color, offuscatus nitor, cælestis pulcritudo terrenis sordibus inquinata? His lamentationibus & querimoniis ad tuos sanctissimos deuoluta pedes, in hunc modum opem humiliter implorare videtur: Terras & maria circuiui, & nullum præter te, Iuli pontifex beatissime, qui me magis diligeret, dignitatemque meam & salutem magis curaret, inueni. Tua sub ditione defensa sum, protecta, mirum in modum aucta. Tuis viribus & auctoritate intestini cesserunt hostes, feditiosa turba recessit, a tyrannide liberata Italia. Ad te igitur supplex tamquam ad verum principem, protectorem, Petrum & sponsum accedo, quem oro, obsecro & obtestor, si quæ corporis sunt, & temporanea iura respiciunt, armis curasti, nunc quæ ad cuiusque animum pertinent, non armis, sed sanctissimis legibus cura. Id namque longe facilius agere poteris, quam quæ hæctenus egisti. Cura, inquam, pater beatissime, vt sponsæ tuæ forma decorque redeat & pulcritudo. Cura, vt grex tibi commissus optimis ac spiritalibus alimentis alatur & viuat.*

ANNO
CHRISTI
1514.

Cura, vt valetudo hæc quæ totum terrarum orbem inuasit, abscedat. Cura, vt fluctuanti nauiculæ, in alto a diris agitata ventis, salutis portus illuceat. Cura, ne fruges cuius es cultor, præ nimia ariditate siccescat. Cura, vt ouile vnum fiat, quod modo est in partes diuisum. Cura denique, vt salutem quam dedisti nobis, & vitam & spiritum non amittamus. Tu enim pastor, tu medicus, tu gubernator, tu cultor, tu denique alter Deus in terris. Aduerte igitur, clementissime pater, si sponsam tibi deditissimam amas, si iustitiam, pietatem, modestiam, aliasque virtutes amplecteris; si velut es optimus ac præstantissimus princeps, ita principis artem & officium optime calles: aduerte, inquam, & provide, vt hac in tua republica virtutes colantur, foueantur, maximoque sint habitæ precio, vitia expellantur, extinguantur, & tamquam perniciosissimæ pestes abstant. Aduerte & provide, vt in ea concordia vigeat, discordia recedat, pax subeat, pax vera, pax sancta, pax communis & perpetuis temporibus duratura; vt iustitiæ osculo & veritatis coniugio confirmata, super vniuersam terram vberrimos cælestis benignitatis pariat fructus; ne forte, si secus fiat, velut ex quibusdam paruis igniculis maiores & sæuiores inde, imo maximæ & sæuissimæ belli flammæ consurgant. Quos igitur in tui obsequium admisisti, pietissime pater, retine, foue, confirma. Quos respuisti, congrega, redige, serua, vt in vera Christi familia verus Christus inhabitet, vna sit mens, vnus animus, vna voluntas. Communes autem & Christiani nominis hostes vexa, turba, confringe: fidelissimos & benemeritos suscipe, amplectere, adiuua: malignos abige, fediosos propelle, dolosos ac fœdifragos disice, perde, confunde. Si denuo opus est armis, in eos armis & potentissimis vttere: sin autem, sola auctoritate procede. Ad hoc enim istibi a Deo concessus est principatus, vt totius Christianæ reipublicæ dignitas, salus, vita, libertas, omniaque fortunæ bona tuæ sapientiæ & potestati sint credita. Ad hoc Lateranensè Concilium conuocasti, ad hoc curæ tuæ, sollicitudines, labores & studia fuere semper intenta: ad hoc respiciunt omnium mortalium vota. Hoc expectant omnes, & apertis faucibus operam tuam implorant. Ita namque optimo virtutum moderamine per te con-

texta atque composita huius reipublicæ tela, restituetur tibi hereditas tua, quam exiens aper de filua toties vorare prætendit. Redibunt aurea sæcula, tuoque flante spiritu effluent aquæ, & irroratione tua terra pinguescet. Dixi.

SESSIO V.

Hæc notabilis & memoranda propter confirmationem bullæ factæ in materia electionis Romani pontificis canonice faciendæ. ANNO
CHRISTI
1575.

Quinta sessio tenta & celebrata absente domino nostro Iulio secundo pontifice maximo propter ægrotudinem, præsidente reuerendissimo in Christo patre domino Raphaelè episcopo Ostiensi sanctæ Romanæ ecclesiæ camerario, cardinale sancti Georgii nuncupato.

ANNO a natiuitate Domini millesimo quingentesimo decimotertio, indictione prima, die vero Mercurii decimasexta mensis Februarii, fuit celebrata quinta sessio in ecclesia Lateranensi in loco solito. In qua propter corporis alterationem & aduersam valetudinem sanctissimi domini nostri Iulii diuina prouidentia papæ secundi, fuit præsidens in præfata sessione reuerendissimus in Christo pater & dominus Raphael episcopus Ostiensis, cardinalis sancti Georgii vulgariter nuncupatus, sanctæ Romanæ ecclesiæ camerarius. In qua fuerunt præsentés infra scripti reuerendissimi domini cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, abbates, generales ordinum, & principum oratores, ac illustrissimi domini, & quamplures alii in diuersis facultatibus doctores & magistri, videlicet reuerendissimi in Christo patres & domini, domini

Episcopi cardinales.

Reuerendissimus dominus Raphael Ostiensis prædictus præsidens.
Reuerendissimus dominus Dominicus Portuensis.
Reuerendissimus dominus Iacobus Albanensis.
Reuerendissimus dominus Marcus Prænestinus.
Reuerendissimus dominus Franciscus Sabinensis.

Presbyteri cardinales.

Reuerendissimus dominus Thomas tituli sancti Martini in montibus, Strigonienensis.

Reuc-